Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26119
Copyright: Admont, Benediktinerstift

electi laboret et periclitetur ecclesia. Quod si in hoc non bene consultum fame uestre credatis.
utile est et conducibile. ut metropolitani sui et comprouincialium discretioni et pru
dentie cum uestra beniuolentia committatis. Valete. LVI.

Philippo dei gratia serenissimo regi francorum. Iuo humilis presbiter suus salutem et sic
domino regi suo. fidele seruitium. De eo quod paruitati mee mandauit
uestra sublimitas. post duo concilia hoc anno a domno papa celebrata. nec lega
tum et lugdunensem archiepiscopum. infra eundem annum tertium generale conuocare
et ad hoc episcopos regni uestri inuitare serenitati uestre respondeo. quia cum nuper
litteras eius huiusmodi. nichil tale ibi legi uel a misso eius audiui. Quod tamen si fa
ceret. non est hoc apostolica institutio uel ecclesiastica consuetudo. Si autem aliquis pecul
iaris suis indulto sibi congruo spacio a legatis apostolicis uocatus fuit non potest
subterfugere. quoniam additum est preceptum onerat. nisi eum legitima causa deti
neat. Quod si quis eos contra terminos a patribus constitutos angariare uoluerit.
uos habito cum eis communi consilio iniustis oppressionibus per personam uestram resis
tite. sic ut que dei sunt deo reddant. et que cesaris sunt cesari reddere non omittant. Vale
at multo tempore uestra sublimitas. LVII.

Iuo dei gratia humilis carnotensis ecclesie. Gaufrido uindocinensis monasterii abbati mundo
spiritu cum suo flore. De fratre illo qui a uobis fugiens contra constitutionem
monastice regule cui susceptus fuerat. et nec tertia uice auersus fugatur.
et tamen conuersus et reuersus sepulturam cum fratribus per misericordiam obtinuit. michi satis placet
quia superexaltat misericordia iudicium. et dominus principi apostolorum consuluit conuerso pec
catori non tantum dimittendum septies. sed usque septuagies septies. Sed quia
sacrilegium quod commiserat absconditur. nec condigna satisfactione monasterio
rem sublatam restituit. monendo consulimus consulendo monemus. ut se
pulturam quam cum fratribus misericorditer acceperat amittat. quatinus ceteri timorem habeant
et a simili sacrilegio manus contineant quia non potest sequi plena remissio.
ubi non fuit uera conuersio. Vale. LVIII.

Iuo dei gratia carnotensis ecclesie minister. congregationi senonensi beati Stephani salutem. et sue
necessitati debitum adminiculum. Per litteras uestras mandauit nobis uestra
fraternitas. ut electum uestrum in purificatione sancte marie pontificio nostro
ordinemus in presbiterum. sequenti autem dominica consecremus in episcopum. Sed apostolica in
stitutio. et patrum canones habent. ut non fiat leuitica uel sacerdotalis
ordinatio. nisi ieiunio quarti mensis. septimi. et decimi. aut initio quadragesime. Et quia pe
riculum est ordinanti et ordinato contra ordinem a patribus traditum sacrum